

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG_0138

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Interim *Ampacus Litorea prima* dici potest, Amboinensibus nullo innotuit nomine nec usu.

In Leytimora altera ejus minor occurrit species, quæ in longis petiolis tria simul juncta folia quoque gerit, brevibus propriis infidentia pedunculis, quæ quinque pollices longa sunt, binos cum dimidio lata, medium vero sex, septem, & octo pollices longum est, Lanfii foliis simillimum, ficcum, & tenue, costæ transversales alternatim locantur.

Flores vero amplius infident racemis ex quatuor parvis & albicantibus petalis constantes, parum retroflexis, acidulum spirantes odorem, non autem ingratum, in horum centro quinque albicantia stamina locantur.

Quædam ex Amboinensibus mulieribus corticem supra memoratæ angustifoliæ speciei conterunt in tenuem pulvrem, qua faciem illiniunt, ut elegantem sibi conciliant colorem.

Tabula Sexagesima Secunda

Ramus exhibet *Ampaci angustifoliæ*, floribus ex ramo & petiolis ortum ducentibus.

OBSERVATIO.

Hæc mihi dicitur *Rhus* foliis ternatis oblongo-acutis, ex ramis & petiolis florifera. *Ampacus arbor* a *Valent. p. 213.* obiter describitur, ejusque ramus in *Tabula No. XLI.* exhibitur.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Flos Cuspidum. Bonga Tanjong, Fula Kauki.

Descripturo tales arbores, quæ ob gratos coluntur flores, primo mihi occurrit *Bonga Tanjong*, quæ a Malayensibus, qui optimam habent florum cognitionem, tanquam princeps arborum floriferarum habetur.

Arbor proxime accedit ad Caryophyllum, estque elegantissima, comâ regulari modo ordinata & densa, cujus rachides ac folia jucundum quoque præbent aspectum, magnitudinem & altitudinem habet vulgaris Limonii; Ejus truncus simplex est & erectus, sed non altus ac crassus, raro rotundus, plurimum angulosus, quasi ex variis constructus esset truncis, si nempe vetustus sit, mediocres enim vulgo rotundi sunt. Ejus cortex est crassus, durus, rugosus, & fissus, sique incidatur, paucum exstillat spissum lac. Folia sunt foliaria, irregularia, sed copiosa, Citri foliis quodammodo similia, vel paulo latiora, integra, quatuor pollices longa, binos lata, obtuso apice instructa, glabra, firma, & splendentia, multis transversalibus pertexta venulis, non tamen protuberantibus, nec adeo parallelis ac in Caryophylli foliis. Horum foliorum oræ ab inferiore parte quodammodo sinuosæ sunt, suntque ob scabritiem parum incurvæ.

Ex foliorum alis tria, quatuorve, sed plerumque bina progerminant capitula, ex rotundo acuminata instar capitulorum Lini, crocea, quum hæc sese aperiant, flosculos exhibent unguis magnitudine, ex simplicibus acuminatis petalis constructos, primo enim gerunt tria, quatuor & quinque parva petala, quæ ipsis pro operculo externo inserviunt, ipsis jungitur ordo alter decem vel duodecim parvorum, albicantium, & angustorum petalorum, magis acuminatorum, spicæque apicem referentium, quorum bina semper sunt juncta. Circa centrum tertius occurrit petalorum ordo extrorsum inflexorum, quum flos sit apertus, ac tandem in ipso centro minor, & quartus occurrit ordo petalorum minorum introrsum inclinantium, parvamque constituentium cavitatem, sub quibus capitulum seu germen locatur, quod in fructum excrefcit.

Omnia ista petala acuminata in centro connexa sunt, ac circa germen instar coronæ ponuntur, quæ ita simul etiam decidunt, rotundum relinquunt foramen, quod

Het mag by provisie bieten *Ampacus Litorea Prima*, by de Amboineezen heeft het nog geenen naam, of gebruik.

Op Leytimor vind men een kleinder geslacht, 't welk op lange steelen mede draagt drie bladeren by malkander, op korte steeltjes gevoegt, vyf duimen lank, twee en een halve breed, waar van 't middelste zes, zeven, en acht duimen lank is, de Lanze-bladeren zeer gelyk, droog, en dun, de davers-ribben staan verwisselt tegen malkander.

De bloemen staan aan wyde troffen, van vier kleine en witte blaadjes gemaakt, een weinig achterwaarts gebogen, wat zuur riekende, doch niet onleeflyk, binnen in verbergenze vyf witte draatjes.

Zommige Amboineeze vrouwen wryven de schorffe van 't bovenstaande *Angustifolia* tot een fynen bry, en besmeren haar aangezigt daar mede, om op haar manier blank te werden.

De twee-en-seftigste Plaat

Vertoont een Tak van de smalbladige *Ampac-Boom*, met zyn bloemen uit den Tak en steelen der bladen te voorfchyn komende.

AANMERKING.

Deze Boom wert van my genaamt *Rhus*, met drie langwerpige puntige bladen, uit de takken en steelen vrucht dragende. En wert *Ampac-Boom* van *Valent. p. 213.* genaamt, en op de *Plaat* onder *No. XLI.* verbeeldt.

XVII. HOOFSTUK.

De Tanjong-Boom, of Boom der spitze Bloemen.

Zullende nu die boomen beschryven, die men wegens haar lieflyke bloemen aanqueekt, zo komt voor eerst voor de *Bonga Tanjong*, by de Maleyers (dewelke de beste kennisse en oordeel hebben van bloemen) voor de *Princesse* van de *Boom-bloemen* gehouden.

De boom is naast de *Nagel-boom*, eene van de sierlykste met een welgeschikte en dikke kruin, zo van ryskens, als loof, fraai om aantezien, in de grootte en boogte van een gemeene *Lemoen-boom*, den stam is enkel, rond, niet boog, maar dik, zelden rond, maar boekig, en als uit verscheide stammen t'zamen gezet, te weten, alsze oud werd, want de middelbare zyn meest rond. De schorffe is dik, hard, ruig, en geborst, en als men daar in kapt, loopt 'er een weinig dikke melk uit. De bladeren staan enkel, en zonder order, doch veele aan de takkens, de *Citroen-bladeren* eenigzints gelykende, of wel zo breed, en met effene kanten, vier duimen lank, en twee breed, met een stompe spits, glad, styf, en glimmende, met veele fyne ribbetjes dwers doorreegen, nergens uitsteekende, zo evenwydig niet, als aan de *Nagel-bladeren*. De kanten van deze bladeren zyn van onderen een weinig gekromt, en staan wegens haar styvigheid wat bogtig.

Uit de schoot der blaadjes komen drie, vier, doch meest twee knoppes voort, uit den ronden toegespitst, gelyk de *Lynzaat-knoppen*, hoog-geel, deze haar openende, vertoonen kleine bloempjes, in de grootte van een *Nagel*, meest van enkele spitsjes gemaakt, want vooreerst hebbenze drie, vier, en vyf kleine blaadjes, die haar tot een dekzel van buiten dienen, naast die staat een andere ryg van tien a twaalf andere kleine, witte, en smalle blaadjes, meer de spits van een *Ayre* gelykende, en altyd twee aan malkander: Wat inwaarts ziet men nog een diergelyke kring, wiens blaadjes uitwaarts geboogen zyn, als de bloeme open staat, eindelyk in de midden staat nog een kleinder kring, van nog kleinder blaadjes gemaakt, die inwaarts stuiten, en een kleine holligheid maken, waar onder staat een klein knopje, daar de vrucht uit werd.

De spitzen zyn allegaer aan malkander vast op de bodem, en staan om 't voorschreeve knopje, als een kranzen, dies zy ook zo geheel afvallen, met een rond gat in de midden,

quod germen occupavit: Florum color non vere albus est, sed flavescit quasi, inque siccis obscure flavus est. Odor jucundissimus & penetrantissimus est omnium fere florum Indiæ, sed non late sese diffundit, licet quidam ipsum ferre nequeant, quum nimis gravis ipsis sit, quodque mirum est, in siccis remanet ac persistit. Arbor totum per annum florifera est. Florifera ejus capitula peculiarem habent qualitatem, per diem enim rari conspiciuntur in arbore flores aperti, sed plurimi magis dehiscunt quam aperti sunt, quamprimum vero Sol occidit, vel, uti Æthiopes loquuntur, in tempore *Mengarib*, h. e. sub initium noctis, omnes sese aperiunt, & suos apices extendunt flosculi, atque per totam noctem aperti tali modo sunt usque in summum matutinum tempus, quum cito decidunt tanta copia, ut totam repleant terram; superflua capitula eodem ipso die sensim sese aperiunt, ac subsequente nocte idem subeunt fatum, qua in re maxime convenit cum *Arbore Tristi* a *Garzia* libr. 2. *Arom. cap. 1.* aliisque Portugallicis scriptoribus memorata, pro qua hanc *Tanjong* diu habui, sed ultérieure disquisitione comperi, veram *Arborem Tristem* ab hac differre, nostramque *Tanjong* pro ejus specie habendam esse: Ex rotundo isto capitulo seu germine, quod post floris lapsum pedunculo insidet, fructus excrescit Ovi-formis vel Olivæ forma, sed crassior, ab inferiore parte latissimus, pericarpio septem apicibus coronato insidens, quod ipsi accumbit & succrescit. Fructus hic est rotundus in parvum apicem definens, coloris primo aurantii, dein rutilantis ignei.

Sub tenui & fragili pellicula aurea reconditur, sicque caro, dulcis cum quadam adstrictione, quæ edulis quodammodo est: Intus locatur officulum lapideum instar Lupini vel Tamarindi officuli, sed crassius & oblongius, ex nigro fuscum, ac rugosum, umbilicatum in inferiore seu angustissima parte.

Trunci lignum externe albicat vel flavescit, intus fuscum vel fere purpureum, solidum, tenuibus constans fibris, durum, & grave; fuscum vero istud cor in vetustis tantum reperitur arboribus, quo mediocres destituuntur fere omnes.

Anni tempus. Arbor hæc non certum observat anni tempus, sed florifera fere semper est & frugifera, ita tamen, ut aliquando per semi-annum quiescat, & fructus maturescunt plerumque mensibus occidentalibus; sereno aëre flores per totum diem in arbore conspiciuntur aperti, non tamen ita ac vesperi, qui subsequenti die, uti dictum fuit, magna decidunt copia, pluvioso vero & ventoso aëre rari aperiuntur, diutiusque ex arbore dependent, nec ita fortem spargunt odorem, quam tempore calido: Arbor tardissime crescit, uti omnia dura ligna, ac per octo vel decem annos durat, antequam fructus proferat vel flores: Econtra Ebenum lignum in uno eodemque plantatum loco jam sexto vel septimo ætatis anno suos dat flores, cum quo *Tanjong* magnam videtur habere affinitatem.

In his insulis non sponte crescit, sed diligenter colenda est hæc arbor circa ædes, ubi expetitur ob elegantem suam comam, densam umbram, & odoratos flores: Neutiquam vero credendum est, quod quidam Amboinensium perhibent, hanc nempe domesticam arborem ex silvestri vel litorea *Tanjong*, de qua in sequenti agetur capite, per diligentem culturam in hortis esse propagatam.

Longam adequitur senectutem, anno enim 1667 quædam circa castellum *Victoriam* locata ex senectute periiit, cujus truncus erat admodum angulosus & ultravulnam in diametro crassus, quæ Portugallicorum tempore jam diu ibi viguerat, ita ut nonaginta circiter numeraret annos.

Nomen. Latine *Flos Cuspidum* & *Tanjonus*. Malaice *Bonga Tanjong*, vel nomen sortitum est non a lapidosis montibus quod promontoriis, in quibus silvestris sponte & lubenter crescit, sed a multis cuspidibus, ex quibus flos compositus est. Macassaribus quoque dicitur *Tanjong*. In Batavia vocatur *Kaucki*, vel *Foëla Kauki*.

Locus. In Amboina raro occurrunt hæc arbores, saltem adventu meo anno 1654 binas tantum observabam prope castellum *Victoriam*, quæ ex aliis addu-

ctæ

daar 't knoopje gestaan heeft, de couleur is niet regt wit, maar trekt na den geelen, en in de gedroogde wertze donker-geel. Den reuk is eene van de lieflykste en sterkste onder alle bloemen van Indiën, doch verspreit zig niet verre, hoewel hem zommige niet verdragen kunnen, om dat hy hun te sterk voorkomt, en dat wonder is, die ook blyft in de gedroogde bloemen. Den boom draagt 't gebeelee jaar door. Zyne bloem-gevende knoppen zyn van byzondere eigenschappen in 't vertoonen van bare gaven; want over dag ziet men weinig bloemen ter deegen geopend aan dien boom, maar de meeste meer gapende, dan geopent, maar zo dra de Zon onder is, of gelyk de Mooren zeggen, in den tyd van *Mengarib*, dat is beginzel van de nagt, openen haar deze bloempjes te deegen, en breiden bare spitzen wyd uit, aldus den gebeelen nagt over aan den boom verblyvende, tot tegen den morgenstond, dat is 't laatste banen kraai wallenze schietelyk, en met beele troepen van den boom af, datze de grond bedekken: De knoppes, die daar aan blyven, gaan dien zelven dag allenskens open, en hebben dien volgenden nagt het zelve lot te verwagten: waar in hy met den boom *Tristis* zeer over een komt, by *Garzias* lib. 2. *Aromat. cap. 1.* en andere Portugeeze Schryvers zo vermaart, waar voor ik deze *Tanjong* ook lang gehouden hebbe, doch by nader onderrigt bevonden, dat den regten *Arbor Tristis* daar van verschille, en dat onze *Tanjong* slegts voor een zoorte daar van te houden zy: Uit dat ronde knopje, het welk na 't afvallen van de gebeelee bloeme aan den steel blyft staan, waft de vrugt in de gedaante van een *Vogel-Ey*, of korte *Olyve*, doch dikker, achter breedst, en op een sterretje van zeven spitzen staande, dat daar tegen aanleid, en voor op met een klein styf spitsje, voor rond, van couleur eerst Oranje, daar naar vuur-rood.

Onder een dunne en brosse huid leid een goud-geel, droogachtig vleesch, zoet met eenige zamentrekking, 't welk men ook ter nood eeten kan. Binnen leid een steenharde kern, als een *Lupinus* of *Tamarin*-steen, doch dikker, en lankwerpiger, swart-bruin, en wat gerimpeld, met een navel aan de achterste of smalste boek.

Het hout van den stam is buiten wit, of bleek-geel, binnen bruin, of bykans purperverwig, digt, fyndradig, hard, en swaar, doch dit bruine hert vind men maar aan de oude boomen, want de middelbare hebben 't niet of weinig.


Sayfoen. Dezen boom heeft geen regte Sayfoen, maar draagt meest 't gebeelee jaar door zyne bloemen, en vruchten, doch by zomtyds een half jaar rust, en de vruchten rypen meest in de *West-Mousson*, by schoon weder ziet men den gebelen dag over de bloemen wel geopent aan den boom, ook nu en dan eenige afvallen, maar nooit zo veel geopent, als in den avondstond, die dan tegens den dag, als gezegt, met hoopen afvallen, by regenachtig en windig weer openen haar weinige, en blyven langer aan den boom hangen, ruiken ook zo veel niet, als by warm weder, den boom schiet zeer langzaam op, gelyk alle andere harde houten, moeende wel acht a tien jaaren staan, eer hy bloemen draagt, daar den *Ebben-bouten-boom* in een en dezelve *Tbun* van zaad geplant, in 't zesde en zevende jaar gedragen heeft, met welke den *Tanjong* groote gemeenschap schynt te hebben.

Hy waft in deze Eilanden niet in 't wild, maar moet naarstig onderhouden werden, omtrent de huizen, daar men hem gaarn heeft om zyn fraaye kruin, digte schaduwe, en welriekende bloemen, zynde geenzints tegeloovent het voorgewen van zommige Amboineezen, dat deze tamme van de wilde of strand-*Tanjong*, waar van in 't volgende kapittel, door naarstige oeffeninge in de boven voortgekomen zyn.

Hy komt tot een groote ouderdom, want Anno 1667. is 'er een aan 't Kasteel *Victoria* staande, door puuren ouderdom uitgegaan, wiens stam zeer boekig, en meer dan een vadem in de ronte dik was, zynde al lang in de Portugeeze tyden alreeds in fleur geweest, zo dat hy al omtrent de 90. jaren moest gestaan hebben.

Naam. In 't Latyn *Flos Cuspidum* en *Tanjonus*. In 't Maleys *Bonga Tanjong*, bebbende de naam niet van steenige voorgebergten, of Capen, daar anders de wilde gaarn waft, maar van veele spitzen, waar uit de bloem gemaakt is. Op *Macassars* ook *Tanjong*: Op *Batavia* noemt menze *Kaucki*, of *Foëla Kauki*.

Plaats. In Amboina vind men weinig van deze boomen, immers by myne aankomste in 't jaar 1654. vond ik 'er maar twee aan 't Kasteel *Victoria*, zynde van andere plaat-



etæ erant locis, dein autem multiplicatæ sunt ex feminibus, quorum vix vigesimum progerminat officulum, uti etiam nunquam juniores arbusculæ sub matrice propullularunt. In Macassar & Java majori occurrunt copia, sed ubique tantum in hortis.

Ufus. Hujus arboris flores plurimum in usu sunt, decidui enim alligantur amento ulnam vel orgyzam longo, quod facile fit, quum flores, uti dictum est, natura sua perforati sunt, quæ amenta vili pretio in foro venduntur. Mulieres plurimum hæc circa colla gerunt, ut & crinibus nexa, quæ e longinquo representant auream catenam, quumque sint detrita, per octo vel decem dies conservantur in cubilibus vel in vestimentis, quæ odore suo replent, licet gestata fuerint.

Javani, & potissimum Sineses in Java habitantes, ex nucleis hîsc norunt oleum exprimere, quod pictores adhibent ad pigmenta loco Olei Lini, quo & picturas, folisque umbracula seu umbellas obliniunt & reparant. Viridia hujus folia igni injecta strepitum edunt vehementem, non autem ita fortem quam Ebeni folia, unde multum comburuntur in hortis ad gires, serpentes, aliaque nidulantia animalia fuganda.

Recentia hujus arboris folia contrita, capitique illinita profunt Cephalalgia, ex frigore flatibusque ortum ducenti, extrahunt enim dolorem.

Trunci cor, uti dictum fuit, est satis solidum, durum, & eleganter fuscum, quod aptum quis putaret operi tornatorio, sed facile rimas agit, licet ex vestustis desumptum sit arboribus, ita ut nulli haftenus operi adhibitum fuerit.

In *Horti Malab. tom. 1. Fig. 20.* arbor hæc vocatur Malabarico vocabulo *Elengi*, Bracmano *Pavalli*, sed distinguenda est a *Vasaveli* seu *Pavate*, a *Christ. Acoft. cap. 14.* descripta: In horto autem isto rarissima ejus qualitas omiffa fuit, quod hujus nempe flores potissimum per noctem aperti sint, ac sub diem decidant, hic autem adjungemus illa, quæ in illo ulterius continentur horto, inque istis regionibus comperta sunt.

Trunci lignum in aqua durabile admodum est, sed extra illam vermes facile contrahit ac generat: Medicinalis ejus usus subsequens est. Ejus radix trita cum aceto tumorem faciei tollit, si illiniatur pars affecta, eadem cum aqua contrita contra Aphthas aliaque oris ulcera conducit, ut & contra Anginam, si hac gargarifetur. Corticis decoctum curat Anginam, doloremque dentium tollit; Ex floribus aqua odorata destillatur, quæ propinatur ac prodest Melancholicis & febri laborantibus. Maturus ejus fructus cum aqua contritus gravidis exhibetur & difficulter parturientibus.

Bonja Tanjong dividi potest in marem & feminam, ex forma foliorum & florum non facile sese distinguens, mas autem non nisi flores producit, femina vero flores ac fructus simul.

EXPLICATIO

Tabula Sexagesima Tertia,

Quæ ramum exhibet arboris, quæ *Flos Cuspidum* Rumphio vocatur.

- A. *Florem* denotat.
- B. *Fructum caliculatum.*
- C. *Ejus officulum.*

OBSERVATIO.

Arbor hæc in notis ad *H. Malab.* vocatur *Oleæ* adfinis Malabarica, Pyri folio, flore odorifero stellato; estque Kauken *Indorum Breyne. Cent. 1. pag. 20. cap. 8.* & *Mus. Zeyl. pag. 33.* & *Thef. Zeyl. pag. 133.* & Arbor Indica Pyri folio densiore, floribus odoratissimis. *Elengi H. Malab. Plukn. Almag. pag. 203.* ut & Arbor Zeylanica, floribus odoratis, faciem humanam quodammodo referentibus. *Mus. Zeyl. p. 39.* de qua vide *Thef. nostr. Zeyl. pag. 27.* ad Prunum relata est hæc arbor a *Rayo in Hist. pl. p. 1564.* vocaturque ipsi Prunus Malabarica fructu caliculato.

Elengi

plaatsen aangebragt, maar zyn naderband wat vermeer- nigt door 't zaad, waar van echter pas de twintigste korl opkomt, gelyk men ook nooit jonge boompjes onder de oude gezien heeft. Op Macasser en Java vind menze in meerder meenigte, doch over al maar in de bo- ven.

Gebruik. De bloemen van dezen boom zyn meest in gebruik, want de afgevallene rygt men aan snoeren van een elle, of wel een vadem lank, het welk ligt toegaat, dewyl de bloemen, als gezegt, van naturen gegaat zyn, welke snoeren zy dan voor een geringe prys op de markt verkoo- pen. De Vrouwen dragenze meest aan den bals, en in 't bayr gevlogten: Vertoonende van verre de gedaante van een goude-ketting, en dan afgedragen zynde, werdenze nog wel acht a tien dagen verwaart op slaapsteeden, of by de kleeden, dieze met baren reuk vervullen, al zynze verslenst.

De Javanen, doch meest de Sineezen op Java woon- achtig, weten uit deze korrels een Oly te persen, 't welk de Schilders gebruiken tot bare verwe, in plaats van Lyn-zaad-Oly, als mede om andere schilderyen, en cu- persols of zonne-dekzels daar mede te vernissen. De groe- ne bladeren in 't vuur geworpen, knerssen zeer, doch zo sterk niet, als die van 't Ebben-bout, wesbalven menze gaarn brand in de booven, om rotten, slangen, en ander ongedierte daar ligt omtrent woonende te verjagen.

De versche bladeren van dezen boom gewreven, en op 't hooft gesmeert, zyn goet voor de hooft-pyn, die van koude en winden komt, want zy trekken de pyn uit.

Het bert van den stam, als gezegt, is wel een digt, bard, en schoon-bruin hout, 't welk men deshalven zeer bequaam zoude achten tot drayers werk, maar 't scheurt zeer, al is 't van oude boomen genomen, zo dat men tot nog toe geen werk daar van gemaakt heeft.

In het eerste deel van de *Hortus Malabaricus Fig. 20.* werd by genaamt in 't Malabaars *Elengi*, in 't Braminees *Vavalli*, doch te onderscheiden van het *Vasaveli* of *Pavate*, by *Christ. a Cost. cap. 14.* beschreven, in de voornoemde *Hortus* is de raarsste eigenschap uitgelaaten, dat men de- ze bloemen meest by nacht geopent ziet, en tegen den dag afvallen, doch zullen wy hier by zetten, het geene in den- zelven *Hortus* staat, en in die Landen geprobeert is.

Het hout van den stam is in 't water zeer durabel, maar daar buiten word het ligt wormsteekig: Zyn Medi- cynale gebruik is de volgende: De wortel met Azyn ge- wreven, is goet tegens de swelling des aangezichts daar op gesmeert; als mede met water gewreven tegen de sprouw, en zerigheden des monts, en keel daar mede gegorgelt. Het afzietzel van de schorsse geneest het bals-gesweer, en tand-pyn, daar mede gespoelt. Uit de bloemen werd een welriekent water gedistilleert, 't welk men te drinken geeft aan melancolyke en koortzige menschen. De rype vrucht met water gewreven, werd den barenden Vrouwen te drin- ken gegeven, in barens nood.

De *Bonga Tanjong* kan men verdeelen in *Manneken* en *Wyfken*, aan satzoen van bladeren en bloemen niet wel te onderscheiden, doch het *Manneken* draagt niet, dan bloemen, en het *Wyfken* bloemen en vruchten.

UYTLEGGING

Van de drie-en-estigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van een boom, die de *Flos Cuspidum* van Rumphius genaamt wert.

- A. Vertoont de bloem.
- B. De vrucht.
- C. Deszelfs heeft.

AANMERKINGE.

Deze Boom wert in de aantekeninge op de *Hortus Malabar.* genaamt een Malabaarsche Boom, gelyk aan de Olyf-boom, met het blad van een Peereboom, en een ruikende gestende bloem, en is de Kauken van de Indianen by *Breyne* in zyn *Centuria p. 20.* en in het *Mus. Zeyl. van Herman p. 33.* en in de *Thef. Zeyl. p. 133.* en wert genaamt een Indische Boom met het blad van een Peereboom, met zeer sterk-ruikende bloemen, de *Elengi* van de *Hortus Malabar.* by *Plukn.* in zyn *Almag. p. 203.* en een Zeylonsche Boom met riekende bloe- men, eenigints gelykende na eens menschen aangezicht, in het *Mus. Zeyl. p. 39.* waar over zie de *Thef. Zeyl. pag. 27.* Deze boom is tot de Pruymeboom gebragt van *Ray* in zyn *hist. pl. pag. 1564.* en wert van hem genaamt Malabaarsche Pruymeboom, met een vrucht die in een kelk zit.

De

Elengi Characteres nuperrime mecum benigne communicavit Clar. Dom. GARCINIUS sequentem in modum.

Hujusce generis *Flos* monopetalus, tubulo caret; & in plurima acuminata, æqualia, in duos ordines distributa (interiora scilicet exterioraque) segmenta ad unguem usque dividitur. Hæc numero sexdecim, bina simul, sed adeo leviter separata, ut animadverti distinctio isthæc nequeat, nisi oculis valdè admoveantur; in Solis formam, vel instar Radiatorum florum diducta, *Bellidis minoris* flori ferme similia, 8 vel 9. linearum diametrum habent.

Interiora autem semper clausa, in acuminati, Conicive, folliculi formam disposita, genitalia floris organa, ab aëre facillè lædenda tegunt, atque tumentur: Numerantur 8. magnitudine & figurâ exterioribus æqualia, ejusdemque (candidi nimirum at parum squalidi) coloris existunt. Unguis autem, qui crassiusculus est, paululum obscurior & magis viridescens color.

Stamina inveniuntur 8. ex segmenti baseos internâ parte nascuntur singula; antheris gaudent infra latis, in acutum finem abeuntibus supra, stramineo colore præditis, rugosis; quæ caudis suis, in origine pariter crassis, & in superiori parte gracilibus duplò longiora observantur. At, versus principium suum angustiora, quum sint monopetali floris segmenta, interna quàm in medio, interstitiaque idcirco inter se relinquunt, per quæ nimis aëri pateret ad interiora floris aditus, valvulâ, aut lingula ad cujuslibet interstitii partem anteriorem appositâ, idque intus accuratè claudente, hoc Natura præcavit. Lingula hæc, ejusdem ferè ac floris segmenta coloris, gracilibus pellucidisque pilis hirsuta, extraneis corporibus, quæ genitalia floris organa offenderent, tantò exactius ingressum claudit. Quapropter tuto semper latent stamina.

Ovario (cujus figura & moles penè ut in Milii grano) in centro Calicis posito, monopetalo flore undique cincto, simplex, albescens, sui ubique similis, tres lineas alta (licet Ovarii diameter sit tantum lineæ unius) Tuba, vel stylus infidit.

Calix est quoque integer, in 8. segmenta divisus, quæ in binos etiam ordines disposita, quatuor intrinsecus, & totidem extrinsecus deprehenduntur. Interiora in crucis formam posita exterioribus magnitudine parumper cedunt; basibusque instructa sunt angustis, ex quibus quæque ex nervulo oritur per totam segmenti longitudinem, costæ ad instar productæ;

Præ albore suo, & cum Monopetali floris segmentis similitudine, pro petalis floris ab incauto facillè haberi possent hæc Calicis segmenta. Verum exteriora in formam crucis similiter disposita, interioribus majora, amplo oriuntur principio, & coloris sunt squalidi, obscuri, quemadmodum in eorum pediculo observatur, viridescens, nec non intrinsecus lucidi. Omnia hæc segmenta sunt acuminata, plus minus diducta, prout nimirum se expandit flos, & ad τὸ ἐκβρῶσθαι molem habitâ ratione; qui ubi id in fructum evasit, ficiantur, & in stellæ radiis 8. præditæ formam diducuntur.

Pedunculus ejusdem est ac Calicis pars extrinseca coloris, ut floris diameter longus, lineam crassus, in infimâ tamen parte gracilior quam in supernâ: Hujus quippè partis pedunculi moles cum fructu sensim augetur, donec duplò crassior evaserit. Ex foliorum alis bini, vel terni, immo plures simul aliquandò prodeunt pediculi.

Fructum observare non potui.

De Kentekeis van de *Elengi* heeft my onlangs mildelyk medegedeelt de Beroemde Heer GARCIN op de volgende wyze.

Dit geslacht draagt een eenbladige bloem zonder pyp, uit zeer veele gelyke, puntige, en in twee reyen verdeelde (uitwendige en inwendige namentlyk) blaaitjes, tot aan de grond verdeelt zynde, bestaande, dewelke zeffien in getal, twee teffens by elkaar staan, doch zo licht verdeelt, dat deeze verdeeling naauwlyks te merken is, ten zy men ze tegens het licht hout; deze staan als een Zon, die zyn straalen uitschiet, verdeelt, of als een gefraalde bloem, gelyk de bloemen zyn van de kleine Maagdelieven, welke een omtrek hebben van acht of negen linien.

De binnenste rey der bladen is altyt gefloten, en heeft de gedaante van een puntige en kegelachtige stomp, welke de deel-deelen van de bloem door de lucht ligtelyk beschadigt werdende, bedekken en bewaren, zy zyn twaalf in getal, en in grootte en gedaante gelyk aan de buitenste, en ook van dezelfde couleur, te weten witachtig: doch het onderste gedeelte van dezelve, dat dikker is, is wat donkerder en groender van couleur.

Acht *vezels* zynder, uit het binnenste deel van de gront des bloems hun oorspronk hebbende, welke noppen hebben van onder breed, van boven spits eindigende, van stroo couleur, en ruig, dewelke met hun onderste deel van onder ook breder zynde en van boven smalder, tweemaal grooter zyn als de bladen, welke in hun begin smalder zyn dan in hun midden, wyl het deelen zyn van een eenbladige bloem, en daar door middel-plaatzen open laten, waar door te groote doortogt is voor het binnenste gedeelte des bloems, zynde daarom een klapvlies als een tongetje geplaatst tusschen ieder opening aan deszelfs binnenste deel, het geen het egaal toeluit, en de natuur bezorgt. Dit tongetje is bykans van dezelfde couleur als de deelen des bloems, en is ruig door dunne en heldere haartjes, waar door zy aan de uitwendige lichaamen, die aan de deel-deelen des bloems nadeelig zouden zyn, den ingang zo veel meer belet, waarom de vezels daar veylig verborgen leggen.

De Eyerzak (welkers grootte en figuur is als een korrel van de Gierst) in het midden van de kelk leggende, en van alle kanten door de eenbladige bloem omvat zynde, is eenvoudig, witachtig, zig zelve in alles gelyk, drie linies hoog, en welkers omtrek maar van een linie is, heeft van boven op een trompet of stilet.

De kelk is ook geheel in acht deelen verdeelt, welke ook in twee geleden staan, te weten vier uitwaarts, en vier inwaarts. Waar van de binnenste in 't kruis staande, een weinig kleinder zyn als de buitenste, en hebben een smalle gront, waar van elk uit een klein fenwytje te voorschyn komt, door de gansche lengte van het deel des bloems, zig verspreidende als een ribbetje.

Deze deelen des kelks zouden van onkundigen ligt aangezien werden voor de bladen zelfs des bloems, om derzelver witte couleur, en de gelykheit der deelen van de eenbladige bloem, doch de uitwendige deelen als een kruis staande, en grooter als de inwendige, komen met een breed beginzel te voren, en zyn van een donker-rosse couleur, zo als die aan de steel bespeurt wert, te weten groenachtig, en van binnen helder. Alle deze deelen zyn puntig, en min of meer gapende, zo als te weten zig de bloem uitspreid, na proportie van de grootte des vruchts, dewelke als begint te groeyen en zig uitzet, zo werden die deelen dor, en zetten zig uit in de gedaante van een ster, met acht straalen zig vertoonende.

Het steeltje is van dezelfde couleur, als het uitwendig gedeelte des kelks, en zo lang als de bloem, een linie dik, in zyn onderste deel schraalder, en ranker als in het bovenste. Dog de deelen van dit steeltje werden van tyd tot tyd grooter met de vrucht, tot datze de helft dikker is geworden. Uit den oorspronk der bladen komen twee, drie, en zomwylen meer steeltjes voor.

De vrucht heb ik niet kunnen onderzoeken.



CAPUT



